



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtilii Cæsarei Consiliarij et Historiographi  
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs  
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

**Curtius, Cornelius**

**Antuerpiæ**

8. Sanguis, qui ex brachiis effluxit, prænuntiat Ecclesiæ tempestates.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37243**

scas. Exinde sacra pignora, velut  
 tutelare oppidi sui palladium To-  
 lentinates in sarcophagum auro  
 gemmisq; scite exornatum, vincu-  
 lisque ferreis contra rapaces manu-  
 probè munitum inclusere: quibus  
 tres validæ seræ additæ; earum cla-  
 ves sic distributæ, ut alia in Reli-  
 giosorum potestate, alia in civium  
 manu, alia denique sit apud *Mauri-  
 tios* nobilem illic domum. Has por-  
 rò reliquias rara prodigia orna-  
 runt.

8.  
 Sanguis  
 qui ex  
 brachiis  
 effluxit,  
 prænun-  
 tiat Ec-  
 clesiæ  
 tempesta-  
 tes.

In eo, qui Romanam Ecclesiam  
 non mediocriter turbavit apud Pi-  
 centes, tumultu, visus est hic san-  
 guis intumescere, & incredibili au-  
 ctu supra ipsas quasi lances excre-  
 scere, brachia recenti sanguine ma-  
 nare, manna denique novo num-  
 decremento, nunc incremento mi-  
 nui augerive. Certè in oculis ipsius  
 Cardinalis S. Sixti Palæotti, com-  
 plurium Antistitum, totius deni-  
 que oppidi manus dextera ad cubi-  
 tum usque copioso sanguine stilla-  
 vit, cum ad insulam Cyprum &  
 Golettam arcem expugnandam

T u

Turcarum furor sese armaret. Et alias sæpè notatum est imminentes tempestates illum præfagire Ecclesiæ, quæ olim sui tutelam in hisce fluctibus illi commisit. Ut taceam Venetorum Archistrategum Robertum Ariminensem victoriam, quam ex Calabria Duce, Romanæ Ecclesiæ capitali hoste reportavit, NICOLAO nostro acceptam retulisse; gratiâ deinde etiam Sixtum IV. Pontificem, qui Romanum ejus sacellum singulari *Indulgentiarum* beneficio locupletavit.

Fuit proinde sanguis hic in pretio non exiguo apud multos. Ejus honori Viadana, quæ tres guttas ostendit, magnificum à fundo cœnobium cum sacrâ ædiculâ excitavit: eundem servat in sacrario suo Valentia; habuit in Cypro Nicosia; denique in Sicilia Drepanum Divi etiam pollicem dexterum sacra inter Lipsana veneratur. Anno demum à Virgine pariète ∞ 10 LXXVIII. Lusitani Regis filia (Infantem vocant) obtinuit Gregorio Pontifice Romano XIII. cruenti lintei & C gos-

9.  
In variis locis venerationem habet.

R II  
36 C